



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96504](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96504)

spōderi potest, quod ante prædictam ratificationem quasi possessio dicti canonicatus uacantis non fuit acquisita, nec potuit acquiri do. Laurentio, qui nullū illius canonicatus titulū canonicū, nec coloratū habuit, & abq; canonica institutione quasi possessio canonicatus non potest acquiri, nec possideri, ut in d. c. 1. de reg. iur. in 6. d. c. auctoritate. & habet p. do. Ant. in d. c. in literis. & in d. c. fin. de cau. poss. & propr. & in d. c. 2. de consuet. nā ipse nullū ius habuit in dicto canonicatu numerario, sed solū in supnumerario, qui est diuersus à numerario, ut supra, ergo nec habuit quasi possessionē dicti canonicatus, & ppea res esse integra non desijt, quin do. Io. Frācisus relaxationē possessionis ratificari potuerit. Præterea ex quo possessio fuit relaxata fratri do. Io. Frācisus, & notario, qui eius nō receperit, illa interim ante ratificationē ipsius dñi Io. Frācisus saltem erat penes eos, quibus fuit relaxata, uel saltem apud notarium, qui ut publica persona potest alteri acquirere, uel penes fratrem negotiorū gestorē, qui possessionē alteri acquirere potest d. l. si seruus cōis, ergo si executor datus in literis do. Laurentij, (posito, sed non concessio, dictas literas ad præfatū canonicatū uacantem posse extendi) non potuit pro illarum executione quicquam facere, nisi citatis ijs penes quos dicta possessio tunc erat. argumento c. licet episcopus. de præb. in 6. & hoc in terminis uoluit do. Ant. in c. conquerēte. de resit. spol. At in casu nostro per exequutorem do. Laurentij nō fuerunt citati do. Io. Frācisus, nec notarius, nec frater ipsius do. Io. Frācisus, ergo mediante factō exequutoris non potuit possessio acquiri do. Laurentio, & consequenter dici nō potest rem desijisse esse integrā, quin do. Io. Frācisus dictam quasi possessionis relaxationem ratam habere potuerit. Ex præmissis itaque uidet cōcludendū, qd do. Laurentius, qui nullū in hoc canonicatu uacante ius habere dicit, nō potest in hoc iudicio retinendā possessionis obtinere, tū quia si in spiritualibus, & beneficiis non prodest habere possessionem ad obtinendum in iudicijs possessionis, nisi etiā habeatur titulus saltem coloratus ad tradita per do. Io. in d. c. literis, tū quia si in hoc iudicio retinendā possessionis ille debet obtinere, qui melius de sua possessione, & titulo probauit, ut in c. licet cām. ibique Ant. & Abb. de proba. & Bar. in l. si duo. ff. uti possid. sed respectu quasi possessionis canonicatus do. Io. Frācisus melius probauit de sua possessione, qm̄ ultra relaxationem possessionis, de qua supra, probauit esse fuisse immisum in quasi possessionē dicti canonicatus per installationē, & assignationē loci in capitulo, & stalli in choro, itē melius probauit de titulo dicti canonicatus per prædicta, ergo &c. ¶ Quo uero ad quasi possessionē portionis canonicalis, camaiorē hēt difficultatē, cum do. Laurentius, cui realiter fuit collatus canonicatus supnumerarius, per dictas literas Clementis Papæ habeat expectatiuā ad primā prebendam, seu portionē canonica primō uacaturā. Quo fit, ut quoad dictā portionem canonica, quæ per mortem do. Hereulis uacauit, uideatur esse potior, ut in c. si postquā. de præben. in 6. cum similibus. Sed tamen contrarium de iure uidetur esse dñm, 16 tū qm̄ & si do. Laurentius ius ad rem in dictā portionē uacante habuerit, ut in c. si. de concess. præb. in 6. tamen quoad iudicium motum retinendā possessionis, seu ne do. Io. Frācisus in sua quasi possessione turbetur, debet do. Io. Frācisus 2 do. Laurentium obtinere, quia in hoc iudicio non est in consideratione quis meliorē titulū habuerit, dummodo habeat coloratū, ut uolunt doct. in d. c. in literis. & in d. c. licet causam. & habetur in l. naturaliter. §. nihil cōe. ff. de acq. poss. & in l. 1. §. 1. cū seq. & seq. ff. uti possid. & Bar.

in l. si duo. ff. eo. & do. Ant. & Abb. in d. c. licet cām. dicunt, qd in hoc remedio retinendā ille obtinet, qui melius de sua antiquiori possessione probauit, quam uis aduersarius melius probauerit de titulo, nam titulus suffragatur, quoties probationes circa possessionem pares essent, & facit, id quod uoluit Alex. in cōf. 88. uolu. 5. sed do. Io. Frācisus melius probauit de sua quasi possessione portionis canonicalis, qm̄ de antiquiori probauit, quo casu iunior possessio dom. Laurentij presumitur uitiosa, & talis, quæ in hoc iudicio ipsi possessori non prodest, Alex. in d. cōf. 88. & scriben. in d. c. licet causam, ergo debet obtinere: Nam do. Io. Frācisus habuit quasi possessionem dictæ portionis canonicalis ante do. Laurentium ex relaxatione possessionis facta per Reuerendiss. dom. Legatum, nec non per canonicos, qui fuit inductus in dictam quasi possessionem auctoritate mandati facti per dictum Reuerendiss. dom. & sic iusta dicitur habere possessionē, quia iuste possidet, qui auctoritate superioris possidet, l. iuste. ff. de acq. poss. ergo sequitur, qd non attenda ualiditate tituli ipse debet obtinere, ut habetur per Pau. de Cast. in d. cōf. 3. lib. 1. ¶ Secundo tū cum canonicatus numerarij dictæ ecclesiæ habuerint cōnexas præbendas, seu portiones canonicas, sequitur, qd do. Laurentius, qui habet ius ad primam portionem, seu præbendam uacaturam, non potest ad dictam portionem canonicatui connexam regressū habere, quia rōne connexitatis do. Io. Frācisus, qui potior est in canonicatu uacante, dēt ē esse potior in præbenda, seu portione canonicali annexa canonicatui. argumento. c. quia saepe. in si. in rōne sui. de præb. in 6. & facit in simili id, quod habetur in l. qui patri, ibiq; scrib. ff. de acq. hered. ¶ Et si diceretur, quō erit succursus do. Laurentio, ne gratia sibi concessa uideatur frustratoria? Respondeo, tū qd dicitur sibi debita illa præbenda, seu portio, quæ canonicatui numerario non reperiretur connexa, uel sibi erit prouidentum de alijs fructibus, & redditibus ecclesiæ, qui ex post facto aucti reperirentur, ne canonicus sine præbenda stare reperiat, ut habetur in c. cum M. de cōf. lit. & in d. c. dilectus. & in d. c. dilecto. extra de præb. 19 Præterea si stante gratia facta do. Laurentio de canonicatu actualiter, de portione uacatura, ex quo ante uacationem portionis canonice omnes gratiæ expectatiuæ factæ per Clementem fuerint per Paulum Modernum Pontificem reuocata, sequitur, qd gratia facta do. Laurentio dicitur extincta, & ipse ex ea non potest aliqd ius obtinere, ut regulā ultracancellariæ dicti Pauli est tex. in terminis nostris in c. si. præfenti. de concess. præb. in 6. Cum itaque dictus do. Laurentius respectu quasi possessionis dictæ portionis canonicalis nullum titulum ratione gratiæ sibi, ut supra, concessa habeat, sequitur, qd eius quasi possessio non potest ex titulo colorari, immo ex tali gratia nullum titulū habere potest per supradicta; Et ideo in hoc iudicio possessorio non potest obtinere, sed solum do. Io. Frācisus, qui ultra quod habeat quasi possessionem, dicitur etiam titulum ex collatione, & prouisione sibi per dictum Reuerendissimum do. Legatum facta habere, & propterea ex his omnibus ad illius fauorem in hoc iudicio mero possessorio est iudicandum. Laus Deo.

S. V. M. M. A. E.

- 1 In acquirenda possessione beneficij seruanda est consuetudo, si qua in hoc extat, alias possessio diceretur iniusta, & possessor intrusus, qui aduersus alium postea seruata consuetudine, & canonicē ingredientem non posset, ut spoliatus, resititutionem petere.
- 2 Ingressus possessionem beneficij propria auctoritate absque alicuius superioris licentia, & ante, quam sibi de illo esset prouisum

- sum, aut aliquem titulum acquisiisset, quas penas incurrat.
- 3 Intrusus quis dicatur, & nu. 14.
 - 4 Intrusus dicitur ingrediens beneficium aliis reservatum.
 - 5 Beneficium ecclesiasticum sine titulo saltem colorato non dicitur possideri.
 - 6 Possessio beneficii violenta, & vitiosa ex titulo superuenienti non iustificatur.
 - 7 Violenta possessio quando profit quoad hoc, ut quis in possessione sit conservandus, & quando non.
 - 8 Tituli superuenientia, & impetratio beneficii quando retrahitur, & priorem possessionem iniustam, & temerariam iustificare possit, & quando non, & num. 14.
 - 9 Data, & collationis beneficii prioratus si non conflit, quis sit preferendus.
 - 10 Presentatio patroni quando provisionem, & collationem beneficii iam factam confirmat, dicatur, & quando non.
 - 11 Iuri patronatus ex consuetudine acquisito Papa, & legatus in totum possunt derogare.
 - 12 Idem, si ius patronatus aliter, quam ex fundatione, & dotatione acquisitum esset.
 - 13 Ius patronatus ecclesiasticum dicitur, atque presumitur id, quod a persona ecclesiastica fuit erectum, & acquisitum.
 - 14 Impetratio beneficii est ipso iure nulla, quando interpretans antea temerarie, & propria auctoritate possessionem illius ingressus fuisset, & in impetratione postea nullam de tali possessione mentionem fecisset.

E P I T O M E.

IN beneficio tam quod ad possessionem, quam quod ad petitorium potius esse illum, qui servata consuetudine, & non temere, nec propria auctoritate, nec ante tituli acquisitionem beneficij possessionem ingressus esset, & qui magis canonicè in illius possessione existeret, & e contrario illi, qui contrario modo fuisset possessionem beneficij ingressus, esse possessorē iniustū, & intrusum, nec illius possessionem ex superuenientia tituli post ius alteri iam quassitū iustificari, hic ostenditur.

C O N S I L I U M XII.

IN cā D. Bartholomæi tam in possessione, quam in petitorio infrascripta possunt considerari, & primò circa possessionem, quod si in loco extat consuetudo, quod possessio beneficii à superiore detur certo modo, vel per institutionem, vel ex mandato, & ex officio superioris, quod ipse impartitur, ultra provisionem, & institutionem, vel per investituram, tunc ad acquirendam possessionem talis consuetudo servari debet ad tradita per Abb. in c. transmissam. in ult. col. de elect. in his. n. consuetudo multum consideratur, ac operatur, ut hī per Innoc. & oēs in c. in lris. de rest. spo. Domin. Arch. & Moder. in c. eum, qui. in fi. de præb. in 6. & traditur in d. c. transmissam: & posito, quod ingredienti non servata consuetudine, & absque officio superioris possessio esset acquisita, talis possessio est iniusta, ac possessor dicitur intrusus, ut per Arch. in d. c. eum, qui. in fi. quia ecclesiasticum beneficium non potest absque canonica institutione, hoc est canonica inductione detineri, Dy. & Anch. in c. sine possessione. de reg. iur. in 6. & si contineret postea alium possessionem beneficii canonicè ingredi, tunc primus intrusus, & iniuste possidens non posset, ut spoliatus restitutionem possessionis petere, ut not. voluit Inn. in d. c. in literis. in fi. col. penult. tamen ad hoc, ut quis possit petere, ergo in casu, de quo agitur, Do. Bartholomæus censendus est quod ad possessionem potior, quamvis adversarius antea non servata consuetudine, nec modo consueti fuisset possessionem ingressus, illa enim adversario non opitulatur contra eum, qui ex titulo, modoque consueti, & auctoritate, ac officio superioris fuisset ingressus: & hoc maxime in casu nostro proce-

dit, cum constet de priori possessione Do. Bartholomæi, vel saltem de non posteriori, ex quo eadem die fuerunt apprehensæ: Preferendus ergo erit Do. Bartholomæus, qui ex mandato, & officio superioris possessionem habuit. argumento not. per Bar. in l. si duo. ff. uti posside. & Abb. in c. licet causam. de probatio.

¶ Præterea si adversarius ante tituli acquisitionem, & antequam sibi provisum esset, fuit sua temeritate absque alicuius superioris licentia possessionem ingressus, de quo fit, ut dicatur incurrisse penas, d. cap. eum, qui. de præb. in 6. in fin. quem tex. doct. etiam in hoc casu intelligunt, & ideo dicitur prius omni commodo dictæ possessionis, ac etiam omni alio iure sibi quomodolibet competenti fortè ex presentatione de eo facta, vel aliter. ¶ Rursus si ipse dicitur intrusus, ex quo absque titulo non solum canonico, sed quovis alio ingressus fuit possessionem, ut per glo. in c. cum dilectus. de purg. cano. & ideo si qui ingreditur beneficium aliis reservatū, dicitur intrusus, quia etiam si titulum de facto haberet, tamen ille titulus habetur pro non titulo, ut colligitur ex iis, quæ voluit Arch. in d. c. eum, qui. & sic propriè intrusus est, qui sine titulo ingreditur, glo. in regula cancellaria. 33. incip. Item statuit, & ordinavit, ergo non dicitur possessionem habuisse, quia beneficium ecclesiasticum non dicitur, nec potest sine titulo saltem colorato possideri, ut in d. c. 1. de reg. iur. in 6. & Abb. in d. c. in literis. ¶ Nec obstat, quod adversarius postea titulum beneficii à superiore obtinuerit, ex quo prima possessio iniusta dicatur iustificari, cum titulus ille ad tempus possessionis adeptæ retrahatur, quia respondetur primo, nullam fuisse acquisitam possessionem, ut supra, quamvis habens titulum, & violenter ingreditur illam dicatur acquirere, ut habetur per Domin. in d. c. eum, qui. & in d. glo. Secundo si violenta, & vitiosa possessio non iustificatur ex titulo superuenienti. d. c. eum, qui. Tertiò cum ante titulum adversario acquisitum Dom. Bartholomæus habuerit titulum, & canonicam possessionem fuerit auctoritate superioris adeptus, & sic res integra esse desierit, sequitur quod titulus adversarii non potuit ad tempus possessionis adversario retrahitur, argum. l. bonorum. cum materia. ff. rem rat. habe. Nec obstat, si quod violenta possessio cum titulo produci quod ad hoc, ut quis in possessione sit conservandus, d. c. in literis. & Domin. in d. c. eum, qui. nam dico aliud esse in eo, qui sine titulo ingressus fuit præteritam possessionem, quia nullam acquirit ad effectum, ut alius cum titulo canonico possit impediri possessionem ingredi, ut colligitur ex glo. in d. regula cancellaria. 33. ac etiam ex iis, quæ dicit Abb. in d. c. in literis. de beneficio reservato. Ex quibus inferitur, quod cum Dom. Bartholomæus dicatur prior, & potior in possessione beneficii, in dubio quoque dicitur priorem datam habuisse, & obtinere debet contra adversarium, qui eadem die datam eiusdem beneficii habuisset per prædicta.

¶ Animadvertendum est etiam, quod si posito, quod impetratio beneficii, & sic superuenientia tituli posset retrahitur, & iustificare suam iniustam, & temerariam possessionem, illud est verum, quando in impetratione beneficii postea facta impetrans de sua iniusta possessione, ac intrusione mentionem faceret, alioquin secus, glo. no. quam commendat ibi Dom. & alij in d. c. eum, qui. in fin. in uer. obtinebat. Sed adversarius in sua impetratione de sua iniusta possessione nullam mentionem fecit, veluti infra etiam dicitur, ergo & cetera. ¶ Quod ad petitorium similiter videtur dicendum Dominum Bartholomæum habere meliora, ac potiora iura, si quoniam & si de prioritare data non constaret, tamen is preferendus

dus esset, qui magis canonicè esset in quasi possessione, ut in c. si à sede. de prab. in sexto. sed Dom. Bartholomæus est canonicus possessor, aduersarius uero intrusus, ut supra dictum est, ergo &c. Si autem de prior collatione saltem respectu horæ constaret, præferretur is, qui datâ priorem habuit, etiam si hoc per testes probaretur, ut uoluit gl. in d. c. si à sede. in uer. appareat. & in c. duobus. in uer. si non appareat. de relc. in sexto. Alia è rōne Do. Bartholomæus vñ esse potior in iure, non obstante præsentatione facta de aduersario, quia illa facta fuit post eius primâ iniustam apprehensionem, ac èt post collationem, & prouisionem capellanæ, de qua agitur, Do. Bartholomæo factam: Ergo præsentatio non potuit confirmare collationem, quæ à principio fuit ipso iure nulla tanq̃ non facta ad præsentationem patroni. c. decerni. mus. c. si. 16. q. ult. nā quod ab initio est ipso iure nullum, non potest tractu tps confirmari, & maxime quando interim ius alteri fuit quæsitum, & sic res integra esse desijt. c. non firmatur. de reg. iur. in sexto. ibique Dy. & l. quod ab initio. ff. co. tit. cum ibiq̃ not. Et hoc mō debet intelligi ea, quæ uoluit Abb. in q. incip. Augerio. in col. 12. præsupponens, per præsentationem patroni sequutam ratificari prouisionem de bñficio factam, quia cum hoc dicatur fieri mediâte ratificatione, et tacia, debet fieri re integra, & nulli interim iure acquisito. ¶ Præterea ex quo ij, qui aduersarij præsentantur, asserunt cappellā esse de iure patronatus ex consuetudine, hoc est illis ex consuetudine fuisse acquisitum, ius patronatus non dico nunc aduersus ecclesiam, illiusq̃ libertatem, qm̃ Doc. in hoc multum inter se variant, ut hñ per D. Rochum in suo tract. de iure patr. in ult. q. & per Cittadinum in suo tract. in 5. par. in 1. q. & in alijs pluribus locis, sed aduersus alios patronos, quod de iure licet, ut in dictis locis, & traditur per Io. And. in c. quod alicui. de reg. iur. in 6. in mercur. & Abb. in c. querelā. de elect. & in c. dilectus. de off. lega. cum sim. ergo tali iuri patronatus, & iuri præsentandi Papa, & Legatus in totum derogare potuerunt, ut in c. dilectus. de iur. patr. & in d. c. dilectus. sed Do. Bartholomæo prius fuit facta prouisio à Do. Legato cum derogatione iuris patronatus in totum, si esset ex consuetudine, & præscriptione, ergo ipsi ius fuit in dicta capellania acquisitum, non obstante collatione postea facta aduersario ad præsentationem, & cum derogatione, quia fuit posterior, & non potuit prior ualide præiudicare. Rursus constat ius patronatus, & ius præsentandi debitum illis de Martignobus fuisse eis acquisitum ex cessione, & donatione, & fiscaliter, quā ex fundatione, & dotatione, ergo Legatus potuit illi in totum derogare ex identitate rōnis, quā dñr, q̃ pot derogare iuri patronatus ex consuetudine, & præscriptione acquisito, quia ob hoc homines à fundatione, & dotatione non retraherentur. argum. eorum, quæ dñr in d. c. cum dilectus. & in d. c. dilectus. cum sim. & ita seruatur, sentitq̃ Abb. in d. c. dilectus. in fin. ¶ Considerandum est etiam, q̃ pro parte aduersarij allegatur, dictam capellaniam fuisse receptam à quodam Dom. Bartholomæo de Argelata, Priore S. Mariæ Maioris, & à quodam fratre Bonutio de Argelata ordinis Militum S. Mariæ uirginis, quibus ex fundatione asseritur ius patronatus fuisse acquisitum, & sic vñ, & præsumitur ius patronatus ecclesiasticum, & acquisitum intuitu ecclesiæ, ac ordinis ecclesiastici. arg. tex. cum ibi no. in c. requisisti. de testa. ubi relictum prælati sub nomine ordinis, & prælatu- ræ dñr acquiri ecclesiæ, ac illius intuitu ad not. per Bar. in l. si filio. ff. de don. cau. mor. & in l. fin. C. de usufr. & ad not. in c. qm̃ Abbas. de off. deleg. ac etiam quia in dubio id, quod est acquisitum à clerico, seu priore,

aut prælato, censetur ex bonis ecclesiæ, & prælatura acquisita, ut not. habetur in d. c. requisisti. in fi. & c. 1. & si. de pecul. cleric. ¶ Vltimo præmissa corroborantur, nam ex quo aduersarius ante, quàm sibi esset aliquo modo prouisus à superiore, & sine illius auctoritate possessionem beneficii temerarie, & propria auctoritate ingressus fuit, dñr intrusus, ut supra, ergo si postea bñficiu etia à Papa impetrat, nulla de tali possessione, seu intrusione mentione facta, talis impetratio est ipso iure nulla, & ex ea nullum ius illi acquiritur, nec aliqua possessio prius apprehensa iustificatur, ut not. colligitur ex ijs, quæ uoluit glo. in d. c. cum, qui. in fi. uer. ibiq̃ Domi. & alij, & Fely. in c. ueniens. de accusa. nu. 2. Io. And. in c. dudum. il. 2. de elec. Abb. in c. ad aures. de refer. & in c. cum iam. de prab. Card. & Anch. in ele. per literas. eo. tit. de prab. quod quidem ultra alia est bene notandum. Et hæc ad fauorem Dom. Bartholomæi breuiter dicta iuris esse existimaui. Laus Deo.

S V M M A E.

- 1 Exequutorem in beneficiis non posse absque citatione possessoris, & cognitione causæ exequi etiam prætextu cuiuslibet clause in literis appositæ, demonstratur.
- 2 Clausula in literis beneficiis apponi solita, amoto exinde quolibet illicito detentore, non tollit causæ cognitionem, nec parit citationem, nec literarum subreptionem, quando aliquis reperiretur possessor saltem coloratus.
- 3 Index, seu exequutor in literis datus, qui interloquendo, uel exequendo totaliter fuit functus officio suo, non potest reuocare suam interloquutionem, seu exequutionem, à qua fuit appellatum, nec appellanti reponendo cognoscere.
- 4 Idem in indice, qui tulit sententiam diffinitiuam, uel habentem uim diffinitiuam, à qua fuit appellatum.
- 5 Exequutor in literis Papa datus non potest de iuribus partium cognoscere, quando à decreto literarum, & ab ijs, quæ per subreptionem, & obreptionem fuerunt aduersario concessa, appellatum fuit ad sedem Apostolicam, seu ad Legatum illius, qui appellationi detulit.
- 6 Comparere quando quis non teneatur coram indice, seu exequutore, qui iniussu contra ipsum processit.
- 7 Index, uel exequutor ingerens se, & afficiens non potest de causa subreptionis literarum cognoscere.
- 8 Index quando de subreptione literarum, & sic de sua iurisdictione non cognoscat.
- 9 Exequutor in literis beneficiis datus non potest de subreptione literarum, & de alijs petitorum concernentibus cognoscere, quando super possessorio retinenda agitur coram ordinario, ad quem super eo fuit recursus.
- 10 Ordinarius etiam in causa alteri specialiter commissâ potest se intromittere defendendo, & manutenendo possessorem à molestationibus, turbationibus, ac uiolentis illi ab aduersario, ac etiam à indice, cui causâ esset commissâ, illatis.
- 11 Inferior non potest in gestis per superiorem se intromittere, quando sunt licita, & ualida, secus si essent illicita, & nulla.
- 12 Visitor generalis potest id, quod à iustatore speciali male factum fuit, corrigere.
- 13 Subreptio ipso iure in totum uitiat literas gratiosas, & ad beneficia.
- 14 Subrogatio à Papa, & habente facultatem subrogandi in beneficiis fieri potest non solum quoad titulum beneficii, sed etiam quoad possessionem.

E P I T O M E.

EXEQUUTOREM datum in literis Apostolicis beneficiis non potuisse absq̃ eâ cognitione, & citatione possessoris beneficii etiam colorati exequi, & si ab eius exequutione, & ab alijs inde sequutis, fuerit pro parte dicti possessoris appellatum, non posse de iuribus possessoris, & de subreptione literarum aduersarij cognoscere, etiam si reuocando grauamina appellanti ad hunc effectum reposuerit, hic ostenditur.

CONSI-

CONSILIVM XIII.

REVERENDISSIME domine, dicitur pro parte Do. Ioannis francisci literas Apostolicas concessas super canonicatu, & prebenda, de quibus agitur, absq; causa cognitione, & sic non citato ipso Do. Ioanne francisco possessore colorato, immo et legitimo, & iusto per Do. Vicarium illarum exequutorem ad preiudicium Do. Ioannis francisci exequi non potuisse, quia literę non fuerunt purę, nec simplices, sed conditionales, videlicet quatenus resignatio facta per Ioannem Thomę ipsi Ioanne francisco recte admissa non foret, item dummo aduersarius in canonicatu, & prebenda non fuerit intrusus, nec non dummo tpe data illarum in dictis canonicatu, & prebenda non esset ius alicui quęsitum: Quę conditiones, cum concernant ius, & interesse Io. Francisci, nec possint purificari, nisi illo interueniente, sequitur, qđ exequutor ad instantiam dicti aduersarii non potuit exequi, nisi citato Io. Francisco possessore, ad not. per Abb. Ant. Imo. Fel. & Doct. i. c. si. de pręsump. & per Inn. & alios in c. de cetero. de re iud. & per eundem in c. proposuit. de concess. pręb. & Compos. in c. capitulum. de rescr. & dicunt Doct. quos refert Fel. in d. c. si. in 2. limitatione, qđ exequutor in beneficiabus non potest exequi ad preiudicium possessoris etiam prętextu cuiuslibet clausulę in literis appositę, sed possessor est citandus ad gl. in c. licet episcopus. de pręben. in sexto. & l. meminerint. C. unde ui. Nec obstat clausula solita apponi, amoto exinde quolibet illicito detentore, quia illa non tollit causę cognitionem, nec partis citationem, nec etiam literarum Apostolicarum subreptionem casu, quo aliquis possessor saltem coloratus reperiretur ad tradita per Lapum in sua decis. 15. quam refert, & sequitur Fel. in c. de cetero. de re iud. ibiq; alia allegat. Sed Do. Io. Franciscus fuit, & est in possessione, quam aduersarius non ignorauit, quia super illa coram R. D. tunc Gubernatore fuit inter ipsos litigatum, & pronunciatum ad fauorem Io. Francisci, qui actualiter hactenus possedit, & possidet: quam possessionem etiam D. exequutor sciuit, quia coram eo, ut ordinario diu disceptatū fuit, ergo exequutor nullo mō potuit ad instantiam aduersarii procedere ad executionem literarum, nec ad alia inde sequuta, non citato Io. Francisco, & exequutio, aliq; inde sequuta, Ioā. Francisco ignorante, & non citato, nullum penitus preiudicium illi inferre potuerunt. ¶ An autem dictus Do. exequutor, a cuius executione, & ab alijs inde sequutis appellatum extitit, & qui reuocando grauamina, si qua intulit, dictum Io. Franciscum reposuit ad effectum cognoscendi de iuribus illius, & de subreptione literarum aduersarii, possit, & debeat de illis cognoscere, an uero alius, uidelicet Reuerendissimus Do. Legatus, & uices Papę representans, quamuis uideretur dicendū, qđ Do. exequutor deberet cognoscere, & maxime, an sua esset iurisdictio, cum per subreptionem opposita dicatur elisa, & penitus annullata, ut habetur in c. super literis. de rescr. cum sim. ubi subreptio ipso iure tuitur literas gratiosas, & probari vñ in c. si a iudice. de appell. in sexto. c. cum cessante. extra eo. tit. d. c. super literis, in fi. ibiq; scrib. l. si quis ex aliena. ff. de iud. & l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ier. Tamen contrarium est uerius: Primo, quia si exequutor in exequendo functus fuit omni officio suo, adeo qđ nihil penes eum remanet, ut constat ex fulminatione processus, & ex alijs postea ante appellationem ab eo interposita sequutis: Quo fit, ut postquam fuit ab eo appellatum, si ipse uoluerit reuocare grauamina, & appellatam reponere, iuxta ea, quę dicuntur in d. c. si a iudice. cum sim. profecto hoc non posset facere, nec reponendo co-

gnoscere, ut uolunt Doct. & refert, ac sequitur Dom. Philip. Cor. in d. c. si a iudice. in 2. limitatione, & habetur pręsertim per Moder. in c. cum cessante. de appell. facitq; id, quod traditur in c. in literis. & c. significauit. de off. deleg. Et ideo si sicut quando iudex, qui tulit sententiam diffinitiuam, a qua fuit appellatū, non potest grauamen reuocare, & appellatam reponere. Iudex postquam ubi no. ff. de re iud. & d. c. in literis, cum sim. ita nec iudex, seu exequutor, qui interloquendo, uel exequendo totaliter functus fuit officio suo, quia talis interloquutoria in hoc habet nim diffinitiuam. ¶ Secundo, quia si pro parte Io. Francisci appellatum, & querelatum fuit ad sedem Apostolicam a decreto literarum, & ab ijs, quę per subreptionem, & obreptionem ipsi aduersario in literis concessę fuerunt, seu saltem a falso narratis, & tacitis per aduersarium, & quia copia Papę hic haberi non poterat, appellatū fuit coram Reuerendiss. Do. Legato tamquam ordinario, & personam Papę representante, uel saltem tanquam coram optimo, & honestissimo uiro, prout de iure permittitur, quādo non potest haberi copia personę, coram qua sit appellandum, ut in l. si. C. de ijs, qui propter met. & c. si. de appell. qui Reuerendissimus Do. appellationi detulit, ergo per hanc appellationem, cui delatum fuit, dicuntur ligatę manus ipsius exequutoris super cognitione iurium Io. Francisci, & subreptionis. c. non solum. de appell. in 6. ¶ Tertiō si pręfatus Do. exequutor in exequendo iniuste processit si Io. Franciscum illum non citando, & illum in sua possessione turbando, ac molestando, & medijs suis mandatis spoliare querendo, ergo suspectus ipse Io. Franciscus factus fuit, ut is coram illo comparere non teneatur, ut dixit Pet. de Anch. in repet. c. 1. col. 12. de reg. in sexto. Io. de Ana. in c. licet heli. col. 14. de simo. & Fel. in d. c. super literis. in 6. limit. 2. par. ubi etiā inquit post Ang. in d. l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ier. qđ si iudex, uel exequutor se ingerit, & affectat cognoscere, de causa subreptionis literarum non potest cognoscere, item si quando iudex, & pars aduersa stant pro iurisditione, iudex non cognoscit de subreptione, sed solum, quando iudex solus, uel partes, ut per Fel. in d. 6. limit. similiter quando iudex, qui de iurisditione sua, & sic de subreptione cognosceret, spoliatus habere deberet, ut per Ang. in d. l. 2. & Fel. in d. c. super literis. in 8. limit. qui omnes casus optimę casui nostro conueniunt, si diligenter considerentur. ¶ Quarto si Do. exequutor non potest de subreptione, & alijs petitorum concernentibus cognoscere, quoniam cum ex turbationibus, & molestationibus Ioā. Francisci indebitę, & temerarię super sua possessione illatis ipse habuerit recursum ad Reuerendissimum Do. tanquam ad iudicem ordinarium, qui mandauit aduersario, ne deberet molestare, atq; turbare Ioan. Franciscum super sua possessione, & sic coram Reuerendiss. Do. fuerit inchoatum iudicium merum possessorium retinendę, quod secum non admittit iudicium, & cognitionem concernentem petitorum, seu proprietatis causam, ut in c. licet causam. de prob. l. 1. §. huius autem. cum seq. ff. uti possid. Bar. gl. & omnes in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. l. incerti. C. de interdic. & l. ordinarij. C. de rei uendic. sequitur, qđ prius cognoscendum est super possessorio corā R. D. quam cognoscatur de causā subreptionis, & de contentis in literis Apostolicis, quę causam petitorij concernunt. c. pastoralis. cum sim. supra alleg. de cau. poss. & propr. l. 1. C. de appell. Nec obstat, qđ Reuerendissimus Do. qui est iudex generalis, non potest se intromittere de causā specialiter alteri commissa, & consequenter de hac causā huius canonici, quę specialiter Dom. Vicario exequutori commissa